

flagitamus. Prestant auro atq; argento virtu-  
tum precepta. quibus si quis equos vestimenta  
lapillosq; pretulerit. is equo aut lapidi quã sa-  
pientiã viro similior est. Ex hñs ergo succintum  
opusculũ tue seruituti deuoceram qđ tibi nasce-  
te domino iuxta rep̄setacõnẽ ecclesie tot annis  
institũ dono daremus. Nescio quo pacto in-  
manib; creuit opus obscuritatẽ dum fugimus  
breues esse desimim? Est tamẽ opi modus nec  
fastidiẽti prolixitatĩ nec tenebrosẽ obnoxĩ bre-  
uitatĩ. Tu paruũ mun? ex paupe domo benignus  
suscipe boniq; cõsule. paruũq; precio nõ v-  
tilitate pensabis. Hoc enim libello quem in-  
ptes quatuor diuisim? q̄ regis pueri. quẽ inue-  
nis. que viri queq; senis esse studia dicatur. ut  
ex claris auctoribus accepimus tue sublimitatĩ  
mõstram. Speram? enim has omnes etates  
nõ ingressurũ te modo. verũ etiã egressurum.  
ad quas teate beneq; dirigẽdas quod defuerit  
scriptis nostris. nõ quippe id paruũ erit. ex ali-  
orũ fontibus hauries. Vale.

De puerorũ ingenio naturali. Et quomõ na-  
tura ipsa ceca ẽ sine disciplina. Rubrica p̄ma  
Annibus q̄ ad virtutis culmen ducẽdi sũt  
pueris. naturã in primis bonã a disciplinẽ  
capacem esse oportet. Sed hanc prestare neq;  
tuũ ẽ neq; humani studij. solus dei munus est